

ÆTERNITATI  
AVGVSTINI STRAVCHI

J. C. COM. PAL. CÆS. SERENISS. ET. POTENTISS. ELECT. SAXON. CONSILIAR. INTIM

QVI

POST. AMPLIFICAT. IN. ACAD. WITEBERG. REM. LITERAR  
ET. JVRA. IN. DIVERS. TRIBVNALIB. ABSTINENTISSIME. REDD  
INTER. ARCANI. CONSISTORII. COMITES. IN. AVLA. PATRIA. COOPTATVS  
REBVSQ. GRAVISSIMIS. TRACTANDIS  
PLVSQVAM. VICENNALI. LEGATIONE. FVNCTVS  
INTERPRES. SACR. SVFFRAGII. II. ROMANOR. REGVM. ELECTIONI. INTERFVIT  
PBLICE. PRIVATIMQ

MIRABILI. VIRTVTVM. OMNIUM. TEMPERAMENTO. CLARVS  
CVJVS. NATVM. ET. FACTVM. AD. SAPIENTIAM. INGENIVM  
INEXPVGNABILIS. IN. DEVM. ET. PATRIAM. FIDES  
EXPROMPTA. IN. OMNES. HVMANITAS. ET. BEN. MER. STVDIVM  
RES. QVAMPLVRIMIS. DISSOCIABILES  
SCIENTIAS. CVM. AVLICA. ELEGANTIA  
MODESTIAM. CVM. MAGNA. FORTVNA

CVM. TEMPORVM. SVORVM. GENIO. PIETATEM. MORVMQ. INNOCENTIAM  
MISCERI. POSSE. DOCVIT

DEMVM

VBI. FRVCTVS. EXINDE. VLTERIORES. VBERRIMOS  
NON. TAM. EXPECTARET. QVAM. SIBI. GRATVLARETVR  
VNIVERSA. GERMANIA

S. ROM. IMP. COMITIIS. CELERI. SED. BEATA. CATASTROPHE  
HIC. EXEMTVS. EST

VT. IN. EVROPAE. THEATRO. PERSONAM. DEPONERET  
CVJVS. TOTA. VITA. VIRTVTVM. PVBLICA. SCENA. FVERAT

NISI

QVOD. SINCERA. HIC. OMNIA. NIHIL. PERSONATVM  
EXCESS. XIIII. MAL. clb. loc. LXXIV. POST. BIDVI. DECVBITVM  
PRAECEPTO. NONNIHIL. CLIMACTERE. NON. TAM. SVO. QVAM. REIPVBL  
CVJVS. COELVM. TEMPESTATIB. OBDVCTVM  
DIFFICILIA. PARTVRIEBAT. TEMPORA

QVIB. MERITO. SVBDVCTVS

MODO. NON. INFELICEM. SVA. REDDIDISSET. PATRIAM. FELICITATE  
HOC. VNO. NOXIVS. VIR. OMNIUM. HORARVM

QVOD. BONI. CVJVSQ. DESIDERIA

EO. DEMVM. TEMPORE. DESERVERIT. QVO. QVAM. MAXVME. REQVIREBATVR  
SED. IN. FATIS. HAEC. ERANT

MARITO. PATRIQ. OPT. DE. SE. MER

ANNA. ALBERTINA

VIDUA. CONTRA. VOTVM. SUPERSTES

ET. LIBB